



IMPERIUM

CLAUDIEN – *DU CONSULAT DE STILICHON*, III - IV^E S. APR.JC

Claudien, poète officiel à la cour d'Honorius, empereur romain d'Occident (395-423), célèbre l'œuvre civilisatrice de Rome.

5	Proxime dis consul, tantae qui prospicis urbi, qua nihil in terris complectitur altius aether, cujus nec spatium visus nec corda decorem nec laudem vox ulla capit ; quae luce metalli aemula vicinis fastigia conserit astris ; quae septem scopulis zonas imitatur Olympi ; armorum legumque parens quae fundit in omnes imperium primique dedit cunabula juris. Haec est exiguis quae finibus orta tetendit	Consul si proche des dieux, toi qui veilles sur une si grande ville, dont l'éther n'embrasse rien sur terre de plus élevé, dont la vue ne saisit pas l'étendue, ni les cœurs la beauté ni la voix ne peut faire la louange ; qui, par l'éclat de son or édifie des toits qui rivalisent avec les astres tout proches ; qui par ses sept collines égale les sept zones de l'Olympe ; qui, mère des armes et des lois, a répandu sur tous les peuples son pouvoir et donné son premier berceau au droit. C'est elle qui, née dans des frontières étroites, s'est étendue
10	in geminos axes parvaque a sede profecta dispersit cum sole manus. Haec obvia fati innumeras uno gereret cum tempore pugnas, Hispanas caperet, Siculas obsideret urbes et Gallum terris prosterneret, aequore Poenum,	vers les deux pôles du monde et qui, partie d'un petit siège, a déployé ses forces en suivant le soleil. Elle qui, confrontée au destin, alors qu'en même temps elle menait d'innombrables batailles, prenait l'Hispanie, assiégeait les villes de Sicile et abattait le Gaulois sur terre, sur mer le Punique,
15	numquam succubuit damnis et territa nullo vulnere post Cannas major Trebiamque fremebat et, cum jam premerent flammae murumque feriret hostis, in extremos aciem mittebat Hiberos ; nec stetit Oceano remisque ingressa profundum	n'a jamais succombé à ses pertes et sans aucune terreur pour ses blessures, frémissait, plus grande, après Cannes et la Trébie, et, alors que déjà des flammes la pressaient et que l'ennemi frappait sa muraille, elle envoyait une armée au fin fond de l'Hibérie ; elle ne s'est pas laissée arrêter par l'Océan, et avançant loin à la rame
20	vincendos alio quaesivit in orbe Britannos. Haec est in gremium victos quae sola recepit humanumque genus communi nomine fovit, matris non dominae ritu, civesque vocavit quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.	elle a cherché ailleurs dans le monde les Bretons pour les vaincre. C'est elle qui, seule, a reçu dans son sein les vaincus et qui a recueilli le genre humain sous un nom commun, comme une mère, pas une maîtresse, et qui a appelé citoyens ceux qu'elle a vaincus, et même éloignée les a attachés d'un lien sacré.
25	Hujus pacificis debemus moribus omnes, quod veluti patriis regionibus utitur hospes, quod cuncti gens una sumus.	A ses usages pacificateurs nous devons tous le fait que l'étranger vit dans ses provinces comme chez lui, que nous formons tous sans exception une même nation.